Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cut. Siquis autem putat se religiosum esse nō refrenans linguam suam sed seducens cor suum. huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud dm et patrem hec est. visitare pupillos et viduas in tribulacione eorum. et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Alleluia. Palma virtutis. Alleluia. Oportebat pati christum et resurgere a mortuis et ita intrare in gloriam suam. Sequentia. Laudes salutationis. Illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite et accipietis. ut gaudium vestrum sit plenum. Hec in proverbis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in proverbis loquar vobis sed palam de patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos. quia vos me amastis et credidistis quia ego a deo exivi. Exivi a patre. et veni in mundum. iterum relinquo mundum. et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loquis. et proverbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia. et non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. Offertorium. Benedicite gentes. Secreta. Sumpsimus domine fidelium preces cum oblacionibus hostiarum. ut per hec pie devocionis officia ad celestem gloriam transeamus. Per ipsum. Postcommunio. Tequam deum. Omnipotentem. Cantate domino alleluia cantate domino et benedicite nomen eius bene nunciate de die in diem salutare eius alleluia alleluia. Oremus. Tribue nobis domine celestis mensae virtute satiatis. desiderare que recta sunt desiderata perpetere pos-